secreta custodire sciunt, qui corde, et mente puri sunt veneri non indulgentes, nullique corporis voluptati dediti, qui a toti hominum societate nisi sapientum se alienare cupiunt. His denique, qui iudicio tuo huic arti sunt aptissimi quę nisi observes oīa opera tua, atque propria damno, et periculosa tibi erit.

Quę quęrenti in Arte cognoscenda sunt cap. 2um

Sciendum est totam Artem dependere à causis Coelestibus, sive Intelligentiis, post Deum orbem moventibus, ipsisque Principibus Regionum Coelestium, et elementarium à quibus dependent cęterę omnes inferiores ad exigendam voluntatem superiorum pró filiis sapientię, quarum numerus non superat numerum orbium Coelestium, et elementarium. Cęterę verò inferiores pené sunt infinitę, addictę non tantum quibusd. speciebus rerum huiuscemodi, sed et cuilibet individuo, vocanturque Amalthai, quasi servientes spiritus parati ad obedientiam superiorum quos non invocabis, nisi invocaveris superiores Intelligentias, quę tot sunt, ut dixi, quot sunt Coeli, et elementa, vocanturque Oriphiel, et prout in suo loco scripti inferius vides.

Sequitur à tergo.